



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 2. Oratio Cardinalis Lotharingii de residentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

destinatus esset: His quoque addebat Sæcul. XVI  
 Lunensis: „Rex per Vargam fuit edo-  
 „ctus, quod Galli articulum de residen-  
 „tia decidi ardenter cuperent, timen-  
 „dumque esset, ne sua spe frustrati in-  
 „de discederent: cum ergo Regia sua  
 „Majestas nil nisi Dei gloriam intendat,  
 „nil aggredi desiderat, quod vel Ec-  
 „clesiæ paci, ac concordiæ, vel Con-  
 „cilii continuationi obesse posset: id-  
 „circo mens ipsius est, ut in hoc nego-  
 „tio caute, ac honeste cum Episcopis  
 „Regi addictis agatur, ac cum illis be-  
 „nevole quidem, non tamen nimis con-  
 „fidenter, conferatur. „ In eandem  
 quoque sententiam concepta erant  
 mandata a Rege tradita Aloysio Avilæ  
 summo Alcantaræ Commendatori, qui  
 Orator Romam destinatus erat ad pre-  
 ces summi Pontificis, qui sæpius que-  
 rebatur, negotia lentius procedere, eo-  
 quod Rex Catholicus nullum Romæ  
 haberet Oratorem, cui Pontifex præci-  
 pue in Concilii rebus fidere posset.

## §. II.

*Lotharingii Cardinalis oratio circa  
Residentiam.*

Itaque feria quinta die decima Decem-  
 bris circa quæstionem de residentia  
 Conventus celebratur, in quo Lotha-  
 ringius Cardinalis prior verba faciens,

*Pallav. c. 7.**n. 14.**Psalm. p. 350*

Q q 5                  hanc

**Sæcul. XVI.** hanc in sententiam perorabat: „Ex.  
A.C. 1562. „cris literis colligitur, tria præcipia  
 „mala, quæ tam in veteri, quam in n.  
 „vo Testamento præfigurabantur, aut  
 „prædicebantur, introducta fuisse ex  
 „eo, quod Episcopi ab illis, de quibus cu-  
 „ram aliquam Deus demandavit, absen-  
 „tes sint: porro ex his primum est, ma-  
 „ris tempestas, cum Jonas fugam ce-  
 „perat, ne concionaretur gentibus, ad  
 „quas mittebatur; alterum vero est  
 „dololatria, cum absente Moysè vitulus  
 „conflatus est, quem Israelitæ tanquam  
 „Deum adorabant: denique pro terza  
 „adducebat, ovile gregemque Christi di-  
 „spersum, cum in capite decimo S. Ioan-  
 „nis habeatur: *Lupus rapit, & dispergit*  
 „*oves*, hisce autem malis nullo remedio  
 „magis efficaci obviari poterit, nisi per  
 „decretum, quo omnes Episcopi in iuri  
 „Diœcesibus commorari compelluntur;  
 „cum enim ipse Christus Pastorem  
 „profiteatur, nefas est, ut Præfules  
 „pudeat vel hujus nominis, vel hujus  
 „muneris: porro in eodem capite de  
 „cimo S. Joannis tria numerantur  
 „boni Pastoris munus spectantia, quae  
 „rum primum est, quod oves nostram  
 „vocem audiant: II. præcipitur, ut  
 „nimis nostras pro ipsis ponamus, &  
 „seduli illas pascamus, atque ad sana  
 „pascua deducamus: abs re igitur non  
 „est,



Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

„est, si ad primum hujus argumenti ingressum decideret Synodus, quales sint boni Pastoris conditiones, quibus Pastores animarum possent de illa cura gloriari, de qua gloriatus est Jacob apud Socerum, dum ei post viginti annos pascendi ejus gregis curam reliquit, ut scriptum legitur in Genesi cap. 31. v. 39, & sequentibus: denique super illo mansionis articulo prius audiendi sunt Theologi, & Canonum periti, idemque peragendum in cunctis gravioribus emendationis capitibus., His dictis Cardinalis Lotharingius ad quæstionis summam pergens inquiebat, residentiam sua quidem sententia esse ex divino mandato; ad quod probandum multa produxit sacræ Scripturæ testimonia, quæ ingeniosis commentationibus ipse met illustravit, adjecit tamen; „cum hæc residentia mandato, ut ajunt, affirmatio sit præcepta, semper quidem obligat, sed non pro semper, ita, ut occurere possint legitimæ excusationes, ex quibus non solum eas admitto, quas decretum probat, sed plurimas alias addendas censeo; potissimum vero inter eas recenseri debet major five peculiaris Ecclesiæ, five universalis, five Reipublicæ utilitas, nam hanc postremam caussam esse rationi

„con-

Sæcul. XVI. , consentaneam arbitror, cum pertinet  
A.C. 1562. , ad charitatem: aliter non licuisset in

„perii Septemviris Ecclesiasticis adire co-  
„mitia, neque Galliæ Optimatibus, vul-  
„go Paribus, ad Aulam pergere ad Regni  
„negotia, prout obstringebantur, nec  
„Episcopis ad consilia a Rege vocatis  
„permitti posset, ut obedirent, quod  
„tamen in gravissimum Ecclesiæ dem-  
„mentum cessisset: porro quod spectat  
„ad peculiares absentiæ caussas, ea  
„committantur Romani Pontificis arbit-  
„trio: in regionibus autem longe po-  
„sitis, Archiepiscoporum, aut sicuti in  
„decreto sub Paulo III. præscriptum  
„fuerat, antiquioris Episcopi arbitrio  
„relinquantur, aut Conciliorum Provin-  
„cialium, quorum usus restitui debet  
„sententiæ demandentur,, hanc in rem  
ex Divo Augustino contra Faustum Ma-  
nich. lib. 22. cap. 6. hæc verba alleg-  
bat: Qui voluerit abesse etiam ad modi-  
cum, debet causam probare absentia u-  
ram Metropolitano, aut antiquiori Sufri-  
ganeo, absque eo quod mittat Romanu-  
addidit tamen, ea omnia, quæ de ab-  
sentia caussis dixisset, ita esse intelli-  
genda, ut absentia nec perpetua sit, nec  
diurna.

Agens denique de tertia caussa nu-  
per memorata, hæc effatus est: „si Car-  
„dinales in Galliis prohibentur degere  
„apud

„apud Regem , ejusque consilio inter- Sæcul. XVI.  
 „esse, eoquod, si sunt Episcopi, residendi A.C. 1562.  
 „lege adstringantur , ac alias res Ec-  
 „clesiastica pessum iret , delenda sunt  
 „insuper verba illa in Decreto posita,  
 „dummodo ipsi non procurassent, ut alior-  
 „sum vocarentur : hujusmodi enim ver-  
 „ba ad excusandam Episcoporum ab-  
 „sentiam deserviunt , atque eorum so-  
 „no aures offenduntur, hinc illorum lo-  
 „co ponendum censeo : Roma, & ex  
 „Aulis Regum eos Episcopos esse ex-  
 „pellendos, qui proprii commodi gra-  
 „tia illic morantur. Ceterum multa  
 „mihi quidem videntur opportune præ-  
 „scribenda de Beneficiorum collationi-  
 „bus , & de requisitis non Episcopo-  
 „rum modo, sed minorum etiam Mini-  
 „strorum conditionibus , quæ res ma-  
 „joris sunt momenti, quam est residen-  
 „tiæ articulus, ne tamen ab instituto re-  
 „cedatur, in aliud tempus sermo de iis  
 „differri poterit. „

Denique differens de privilegiis, quæ  
 residentibus Episcopis concedi oportet-  
 bat, commemorabat inter ea faculta-  
 tem absolvendi etiam a delictis conten-  
 tis in diplomate , quod in Coena Domini  
 incipit, contestatus, id a se non dici  
 ad quidquam auctorati Pontificiæ de-  
 trahendum, sed id a se ideo afferi, eo-  
 quod certus esset, eos , qui hujusmodi  
 pecca-

Sæcul. XVI. peccata patrarent in Galliis, Roman  
A.C. 1562. neutquam ituros, ut ibi absolverentur,  
 unde fieret, ut satius esset, si ablutionem illic possent accipere, quam  
 si expertes illius e vivis excederent.

Hanc in rem Psalmæus Virodunensis Episcopus in suis actis hæc addidit,  
 Cardinalem insinuasse, quod potius re-  
 tuenda esset poenitentia publica.

### §. III.

#### *Variæ Episcoporum sententia circa Residentiam.*

Pall. c. 3. n. I. ¶ 2. Porro in sequentibus Patrum conve-

tibus excipiebantur Episcoporum sententiæ, quæ licet sat diversæ essent ad tres tamen classes facile reduci possunt; quippe ex Præfulibus nonnulli residentiam juris esse divini declarandam censemabant, alii autem nolebant ultra progrediendum, quam ætate Pauli III. statutum suisset, sed duntaxat quosdam particulares eventus esse recentendos, ob quos præter alios jam aliud memoratos legitime abesse liceret. Denique tertia opinio eo abibat, ut proposita decreti norma admitteretur, additis tamen adeo crebris immutationibus, ut cujuslibet sententia veluti privatum decretum respici posset.

### §. IV.